UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 19. Lucernensium contentio cum summo Pontifice.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67683

Visual Library

cerentur concordiam, deſudatur plurimum, ac ipſemet Ludovicus XV. Galliarum Rex per ſuum Legatum Romæ perutilem navat operam, ſeque pacis arbitrum offert. Proponuntur variæ, pluresque reconciliationis conditiones, quas tamen omnes Pontifex rejecit, & ad manifeſtandam rei veritatem in ipſum hoc factum, factique originem auditis utrinque teſtibus inquiſivit, cunctasque depoſitiones ſedulo ad acta redigi juſſit, quibus iterum iterumque diſcuſſis patuit, cauſſæ æquitatem pro Papa pugnare; quocirca hic nulla mora præcepit, ut Stampa Nuntius Apoſtolicus Venetias rediret, quod & factum eſt, præſertim Angelo Maria Quirinio tam proſpero ſucceſſu Venetos placante, ut haud amplius de hac moleſta querela utrinque diſceptaretur, ac ipſa etiam respublica revocato ſuo Oratore Aloyſium Moroſinum Romam Legatum decerneret. Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XIX.

Lucernenſium contentio cum ſummo Pontifice.

Præterfluxerat integrum decennium, ex quo ob varia delicta quidam nomine *Delnegris* per Lucernenſis Magiſtra-

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

giſtratus ſententiam perpetuo mulctabatur, proſcriptis inſuper bus ejus bonis: poſtmodum tam notuit, haud exiguam bonorum tem, nempe haud ignobile præ Lucernenſis Eccleſiæ dominio fuiſ noxium, eamque exin quotann cepiſſe tributum. Hoc comperto, ſuum erat, repetebat hujus Eccl Rector, irrito tamen conatu, quo totam rei ſeriem Romam perſcr jus ſibi dici poſtulans. Dijudic cauſſæ merita, & ex Cameræ Ap licæ judicio declaratur, hæc ipſius eſſe Eccleſiæ, proin fiſco non potuiſſe, ſed Eccleſiæ reſtitue Ita reſcriptura eſt Lucernenſi Mag tui, qui tamen prætenſo ſuo ju ſiſtens reſpondit, ſibi oppido videri, poſt tot annorum decurſu re bene judicata litem moveri, & dem apud Curiam Romanam, cu men jurisdictio nulla in res alien eſſet, ac propterea ſe contra ejus attentata ſolemniter reclamare &c. reſponſo offenſus Pontifex, rem in puratorum Senatu propoſuit, cujus que ſententia eo abibat, reprehen dam eſſe Magiſtratus repugnantiam, que ſub ſtatuta inobedientibus pœna jungendum, ut ſine ulla tergiverſatio ne juſſa exequeretur. Pontifex

datis ad Lucernenſes literis præcepit, ut bona Eccleſiæ in publicum collata reſtituerent, ac illi Judices, qui proſcriptionis ſententiam tuliſſent, vel per ſe vel ſuos Deputatos Romæ comparerent, coram Rotæ Romanæ Tribunali de ſuo agendi modo rationem reddituri. Ad has literas Lucernenſis Magiſtratus reſponſum transmiſit, in quo, ſi verba ſpectas, mirifica eluxit humanitas, immota erga S. Sedem reverentia, & prona obſequendi voluntas, aſt, quin illam hac in cauſſa teſtarentur opere, excuſabant manifeſtam ſententiæ ſuæ æquitatem. Ultimum denique arietem admovendum ratus Pontifex, Lucernenſibus ſignificabat, ſi ea, qua cœpiſſent, contumaciæ via pergere vellent, ſe ad eam adigi neceſſitatem, ut illos tanquam ſacræ Sedi rebelles, cunctosque hujus culpæ conſcios diris & execrationibus devoveret. Exitus tandem hujus controverſiæ, ut videtur fuit, quem & Pontifex & Magiſtratus exoptaverat, concordatio pacifica.

Sæc. XVIII. A. C. 1734.

§. XX.

Continuata Proteſtantium oppoſitio contra clauſulam Articuli IV. Riſvicenſis pacis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN